

& dolore & mœstitia leniter emarce-
 fceret. Multifaria remedia plurimo-
 rum doctorum consilio adhibuit, ve-
 rum frustra, quod ægritudinis ratio-
 nem rectè videret nemo. Plures ex me-
 dicis quibus tum utebatur, & cogna-
 tis suis, arbitrabantur ipsum in Italia
φίλτρον hausisse. Cum igitur in vera
 inuocatione filij Dei decessisset, ma-
 gnitudine dolorum fractus, quod fa-
 ctum fuit anno 1551. ætatis autem
 suæ 29. corpus defuncti permissu fra-
 tris sectum, membris intus omnibus
 saluis atq; integris: corde saltem mo-
 dicè tabido fuit. Vbi verò fellis vesica
 aperta, intus 22. calculi, quasi sublu-
 tei, magnitudine dispari reperti fuê-
 re, quorum minimi pisibus minutis, ma-
 ximi modicis fabis responderunt. O-
 mnes quinque, septè, octo aut plurium
 etiam angulorum.

Paris formæ, sed numero plures cal-
 culi è fellis vesica Christiani regis Da-
 niæ vita defuncti, excisi dicuntur. Is
 diem